

[DIXIT ergo eis iterum Iesus.] Sua nimia charitate dignatur Christus, quod te^t us dixerat, (vt attetiores redderet & altius inlinderet animis auditoru^m quod per similitudinem esset infixu^m) cæcis l^harisæos explicare. Hæc expositio elegans, ac peruenusta est prouerbij, & reru^m per proverbia dictarum, ad personam accommodatio.

[AMEN, amen dico vobis, quia ego sum ostium oviu^m.] En charitatis fero^r in Christo, qui videns l^harisæos ad credendum tardos, & difficiles, verbo addit iuramentum, vt illos magis pelliciat, & facilius commoueat ad excipiendam veritatem. AMEN &c. Quasi dicat, Pro certissimo confirmo, & assero vobis incredulis, & ignorantibus quis sim ego, & quæ mea sint officia: QVI A^m ego sum illud ostium, de quo loquuntur sum, per quod oues ingredi, & egredi oportet, si velint incolumes esse.

Ostium Christi Ritus.

Tautologia.

Ingressus p^a.
Portis in Eccle-
siam qualuseis
debet.

Predicator idoneus.

Pseudo docto- res Fures.

Christus paroniam exponens aperit, & asseuerat se ostium esse, nou tautologia quadam, & eiusdem eloquio, sed necessaria duplicitis ostij expositione. Est enim Christus ostium, per quod ingrediantur oportet, qui pastoris boni munus velit obire: vnde non satis est, intra septa Ecclesiæ quacunque via irrupisse, nec satis est ad pastoris titulum, ac dignitatem quomodounque penetra^r: vni-
ca via, & ostium vnicum ad hoc munus pastoris Christus

est. Hic ingressus in ouile o*vivido*n armis, & militis terriculamentis, sed Spiritus vocatione, proborumque electione: non spoliandi, & dilaniandi, sed pacendi animo fiat. Est etiam Christus ostium ad doctrinam, quæ sola ducit ad Patris cognitionem, & illius fruitionem, quæ viuificat, saluat, & tranquillat conscientias. Summa huius hæc est: Extra Christum non est salus. Acto. cap. 4. Nec enim aliud nomen est sub celo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri. Quum ergo priorum omnium (qui verae sunt oues) cor neque viuificetur, neque accipiat consolationem, nisi ē solo Christi Euangelio, proutque verbo, nemo recte in Ecclesia docebit, nisi Christum vere doceat, nisi Euangelium, & verbum primum, & solidum prædicauerit.

[OMNES quotquot venerunt, fures sunt, & latrones.] Verbo VENERANT, significat eos, quos non mittit, fures esse, & latrones. Venientes enim, mittentis verbum (quo pascant) non afferunt, sed lucro studentes, oues la-
niant,